debita nostra. qꝛ culpa non est a deo actore. sed a
uoluntate nostra praua. et p̄t intelligi de tribus
debitis siue offensis uł peccatis que petimus nob̃
dimitti. Nā peccauimus in deū. in ꝓximū. in nos
ipsos. iuxta illud ꝓpheticū. peccauimus cū patri
bus nostris. In deū scilicꝫ. iniuste egimus. In ꝓx
imū. Iniquitatē fecimus q̄tū ad nosipsos Sequit̃
sicut et nos dimittimus .i. dimittimus uł dimitte
re debemus debitoribꝫ nostris q̇ nos offenderunt
et nobis satisfacere debent. h̄ petitio est contra in
dulgere nolentes. ß ue talibus. q̇a ecclesi. xxviij.
homo homini ꝑuat iram et a deo querit medelā
Secundo querit̃ amocio future temptacionis. cū
dicit̃ et ne nos inducas in temptacōnē .i. ne nos
a temptacōne vinci pmittas. et ꝑm cris̄. non ora
mus ut non temptemur. ß ut in tēptacionem nō
inducamur. Temptacō enī racōne utilitatis et uic
torie que ꝓuenit inde bona est. vnđ iacobus om
ne gaudium existimate fratres cū in temptacio
nes uarias incideritis. h̄ peticō est cōtra illos qui
se tēptacioni exponunt. ut qui cū mulieribus in
locis priuatis uolunt loqui et ludere eciam si sibi
attineant. q̇a poeta. cognate poterit nomine cul
pa tegi. Tercio petit̃ remocō mali p̄sentis pene. cū
dicit̃ ß libera nos a malo. scilicet p̄sentis pene q̇
nobis humilitatis causa est Job vj. sagitte domini

in me sunt quaꝝ indignacō ebibit spiritū meum
.i. spirituositatē. h̄ peticō est contra querentes in
h̄ mundo felicitatē. q2 non p̄t pura leticia h̄ esse
q2 dicit boecius ꝙ multis amaritudinibus huma
ne felicitatis dulcedo respersa est. Sed p̄t queri an
ille qui non habet peccatū aliqͦd peccet dicendo
pater noster. q2 confitet̄ debita se habere que nō
habet. Ad h̄ dico ꝙ h̄ non p̄t alicui esse certū ꝙ
omnino a peccato saltem veniali uł q̄tum ad re
atū immunis sit. si tamen p reuelacōnem sciat. n̄
peccat dicens in p̄sona ecclesie. Itē querit̄ de illo.
q̇ debita n̄ dimittit. an peccet dicendo pat̄ noster
Dico ꝙ in p̄sona ecclesie dicit se dimittē peccata.
vn̄ non peccat h̄ dicendo. ꝫ remissionē non con
seqnit̄ nisi dimittat. vł si in p̄sona sua h̄ dicat. n̄
dicit q̄tum ad illud q2 agit ꝫ q̄tum ad id ꝙ op
tat puenire. ¶ Preterea scias ꝙ in p̄dictis vij pe
ticōnibus possunt intelligi vij ūtutes. .ubi gracia
sanctificet̄ nomen tuū p fidem que mentē purifi
cat. ut hic p fidem deū cognoscamus et in futuro
per spem. Adueniat regnū tuū et pfecte q2 spera
mus regnare. qui enim spe caret non credit aliā
uitā esse. fiat uoluntas tua sicut in celo et in ter
ra p caritatem qua dei uoluntas implet̄. Panem
nostrū cottidianū da nobis hodie p fortitudinem
q2 panis cor hominis confirmat. Et dimitte nob
debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus
nostris p iusticiam. q2 iustū est si dimittimus no
bis debentibus ꝙ deus nobis dimittat. Et ne nos
inducas in temptacōnē p temp̄anciā qua temp
tacio refrenatur. Sed libera nos a malo p pruden
ciā qua declinat̄ nociuū. Vltimo ponitur condu
sio amen q̄si uere et iuste sunt peticiones tibi po
site et ꝓposite exaudire nos digneris

Petitiuncula cule. diminutiuum parua petitio.

Petitor. a peto tis tiui titū tu. hic petitor toris
.i. postulator questor. et producit ti.

Petitus. a peto tis tiui titū h̄ petitus tus tuj. et
petitus ta tū. .i. postulatus. et ꝓd ti. Sꝫ petito mo
di impatiui. tēporis futuri corripit ti. vn̄ uersus.
Quod decet hoc petito si uis gaudere petito.

Peto tis tiui titū petere. .i. querere. postulare. et
cōponitur cū ad et d̄r appeto tis. Itē cū con. et d̄r
cōpeto tis. .i. sił petere uł conuenire. congruē. Itē
cū in. et d̄r impeto tis inuadere. struere. contra ag
gredi. Itē cū ob. et d̄r oppeto tis. .i. contra petere
vł oppeto cōponitur ab os oris et peto. et tunc
oppetere. .i. ore terram petere. mordere. et ponitur
ꝓ mori. Itē cū pre. et d̄r p̄peto tis. .i. p̄ aliis petere
Itē cū re. et d̄r repeto tis. .i. recolere uł retro uł ite
rum petere uł iterare. vnde repetendus. Et cum
sub. et d̄r suppeto tis. .i. sumministrare. vł superab
undare. Peto et eius composita actiua sunt pre
ter suppeto ꝓ supabundancia. et cōpeto ꝓ conue
nire q̄ sunt neutra et ꝑ h̄ faciunt ex se ip̄sonalia
scilicet cōpetit et suppetit. Item omnia corripiunt
hanc sillabā pe. et omnia habent p̄terita et supi
na ad modū quarte coniug̊. prosper. angusto uir
tus limite celsa petit ꝫ petus peti producit pe

Petoritū ti quoddam genus currus. a peto tis.

Petra. a petros qd̓ est durū d̄r h̄ petra tre quia
dura est. vide in lapis. vn̄ petrinus na nū. et pe
trosus sa sum. ꝙ autem d̄r petra quasi pede trita
eth̄ est non cōposicio. Et ut dicit g̊g̊ in xxij mo
rał in sacro eloquio. cū singulari numero petra
nominatur. quis alius ꝙ cristus accipitur paulo
attestante qui ait petrā autem erat cristus. Cū uo
petre pluraliter appellantur membra eius scilicet
sancti uiri qui illius robore solidati sunt exp̄mun
tur. Quos nimirū petrus apł's lapides vocat di
cens. vos tamquā lapides viui coedificamini do
mos spirituales et in iob d̓ aq̇la d̄r in petris manꝫ

Petrella petrelle diminutiuum. parua petra

Petro. a petra d̄r petro onis. sunt autem petro
nes ea que abscindunt̄ a petris sicut quisquilias di
cimus inutilem materiam que abradit̄ de lignis

Petros g̊ce latine d̄r durū. ¶ quando dolantur

Petroselinum. petra cōponitur cū selinū qd̓ est
apium. et d̄r h̄ petroselinū ni q̇a sit simile apio.
et nascitur in petris et montibus p̄ruptis qd̓ nos
petrapium dicere possimus. selinū enī grece api
um d̄r. est enī genus apij. aliud genus yposelinū
Tercium oleoselinum. et ꝓducit li.

Petrus. a petra dictus petrus apł's. q2 durus et
firmus fuit in fide. vł petrus dictus est a petra. .i.
a xp̄o sup quē fundata est ecclesia ꝑ hug̊. Et
scias ꝙ petrus interp̄tatur agnoscens. vel discal
cians agnoscens. q2 videlꝫ diuitatem xp̄i agnouit
cū dixit. Tu es xp̄s filius dei uiui. discalcians uo
q2 pedes affectuū suoꝝ ab omni ope mortuo et
terreno discalciauit cum dixit. Ecce nos reliq̇mus
omnia et secuti sumus te. et bn̄ dicit ōnia q2 deus
magis considerat animā ꝙ sensum ꝑ g̊g̊. facilius
enim ꝑ ieronimū relinquit̄ sacculus ꝙ uoluntas
Istud autem nomen petrus primo sibi imponend̓
ꝓmisit cū dixit ei iohannis primo. Tu uocabis ce
phas qd̓ interp̄tatur petrus. Interp̄tatur eciā ce
phas caput uł petra. uł increpans ore. Caput fu
it petrus racōne principatus in prelacōne. ꝫ petra
racione firmitatis in passione. Increpans uo ore
racōe constancie in p̄dicacione. Secundo ꝓmissū
imposuit sicut dicit̄ math iij. et imposuit simoni
nomen petrus. Tercio impositū confirmauit cum
dixit math xvj. et ego dico tibi. q2 tu es petrus
et sup hanc petrā edificabo ecclesiam meam. qd̓
sic intelligendū est. tu es petrus dictus a me per̄
quam confessus es uł a qua dictus es. .i. sup̄ me
edificabo ecclesiam meam. h̄ autem dico q̇a vide
licet petrus non est fundamentū ecclesie ymmo
xp̄s. vnde apł's in prima ad cor̄ ca iij. fundamen
tum aliud nemo potest ponere preter id qd̓ posi
tum est qui ihesus xp̄s est ¶ Et scias ꝙ trina ne
gacō petri fuit incepta ante primū gallicantū. et
consūmata ante secundū. vn̄ tres euangeliste at
tendentes ꝙ trina negacō fuit incepta ante p̄mū
gallicantū dixerunt simpliciter. q2 anteq̄ gallus
cantet ter me negabis. .i. terciam inchoabis nega
cōnem. Marcus autem attendens ꝙ ante secund̓
gallicantū fuit consūmata dixit in xiiij ca. Prius
ꝙ gallus bis uocē dederit ter me es negaturus. .i.
trinam negacōnem consummabis. an̄ ergo p̄mū
gallicantū tantū semel negauit et post primū an̄
secundū bis. et ut dicit ieroni. Gallus cantat pe
trus negat. gallus nuncius lucis spiritus sanctus
est. cuius uocē in ꝓp̄his et apł'is nos de trina ne
gacōne qua dominū negauimus nosse uoce ancil
larū extriti excitamur ad amarissimos fletus post
lapsum qui male cogitauimus de deo. male locu
ti fuimus ad ꝓximos et male fecimus ad nosmet
ipsos. Quare autem petrus p̄latus fuit uel sit ec
clesie et non iohannes dixi in apostolus

Petulancia tulancie. in petulor petularis vide.

Petulcus a peto tis dr petulcus ca cū.r. impor
tunus in petendo. vnde et meretrices petulcas uo
camus et petulcus luxuriosus q̄ sepe petit coitū
qd ꝓpe de animalibus irracionalibus dr. et dicit̄
Petulor. a petul ¶ petulcus quasi petens ulcus
cus deriuat̄ petulor laris importune petē. et ꝓpe
coitū luxuriari lasciuie animū dare. Jn̄ petulans
tis. ge. omnis. luxuriosus. lasciuus. importune pe
tens. vnde et ꝓcax dr qꝛ petulancia et ꝓcacitas
uicina sibi quadam mentis iunguntur insania. ut
plus uelit petulans temeritate lasciuus ludo. et
cōpatur cior mus. vnde petulanter cius me adū
bium. vnde h̄ petulancia cie. a dcō petulanti addi
Petulus petuli e ¶ tra a. et corripit tu petulor
quus qui habet albos pedes. et dicit̄ a peto tis.
Petus. a peto tis. deriuat̄ h̄ petus ti. guelcus.
strabo. aliqȥtulum scilicet cuius oculi quadam ue
locitate cito uoluunt̄ huc et illuc. et h̄ peta pete
guelca aliqȥtulum straba. et ꝓd pe. ꝫ peto tis pe
ti infinitiuus cor̄ pe. vnde ūsus. Vult sibi strabo
Pexito tas. penl̄ cor̄ ¶ peti se dici nomine peti
Pexo as frequenter pec ¶ in pexo pexas est.
tere. i. pectinare. a quo pexito tas aliud frequen
tatiuū. et formatur pexo a pecto tis pexū xu. u.
Pexus. a pecto tis. pexus a ū ¶ mutata in o.
et inde pexim adūbiū. i. ornate. et cōponitur im
pexus a vm. i. non pexus. et est pexus pectiātus
Pheleti. et cereti. nomina. ¶ pectine ornatus.
P sunt indeclinabilia et sonat pheleti admira
biles. cereti exterminatores. et scribitur p. l. phe
leti. ꝫ cereti p. r. de h̄ eciam dixi in cereti. et acten
Pheton. a fos qd est ignis dr ¶ tuatur in fine
h̄ pheton tontis filius solis quasi totus ardens. ip
se eniȝ ṗmo uocabat̄ eridanus qui cū male rege
ret currum patris fulmine a ioue extinctus est et
cōbustus. a qua cōbustione dictus est postea phe
ton. et qꝛ tunc cecidit in padum. Jnde postea pa
dus dictus est eridanus ab eo illo submerso. vnd
phetonteus tea teū. et h̄ phetontides de filius vl̄
nepos illius. vnde h̄ phetontis tidis filia ul̄ nep
tis ꝓprie. et improprie soror illius ſm huguccōeȝ.
Philantropus herba est que dicit̄ lappa qꝛ ues
tibus hominū inhereat ob sui asperitateȝ. et dr a
philos qd est amor et antropos qd est hō. quia
quadam affcōne uidet̄ hoīm uestibus adherere
Philisteus in philistim vide
Philistim urbem condiderunt allofili. que asca
lon nunc dr. vnde philisteus tea teuȝ. i. philistei
ipi sunt et allofili. i. alienigene. qꝛ semper fuerunt
inimici isrl̄ et ab eoꝝ genere et societate sepati. ꝫ
philistijm per duo J dicitur pro gente
Philohistoricus ca cū. amator historiaꝝ penl̄
correpta. et cōponit̄ a philos qd est amor et his
toria. vnde dicit ieronimus in epl̄a ad paulinum
capitulo vij. et tocius mundi philohistoricus.
Philostratos ꝓpꝛiuȝ nomen cuiusdā uiri pel̄ ꝓd
Phur. i. sors ut habet̄ in hester viij. vnde phu
rim. i. sorcium. ut dixi in phase. multe dictiones
pūt scribi p ph quas supra posui in sexta littera
scȝ in f. sic̄ philosophus. phenix philos. et mlt̄a a
lia. Tamen nota qꝫ sicut dixi in pn̄cipio vj littere
f in latinis dcōnibus ponimus. ut fama filius. Jn
grecis uero dcōnibus ph. ut orpheus pheton. Itē
sicut dixi in principio huius littere p apud hebre
os p littera non habet̄. nec ullū nomen est apud
Piacularis. a pia ¶ eos qd h̄ elementū sonat
culum dr h̄ et h̄ piacularis et h̄ re. qd piat ul̄ qd
est dignū expiacōne. Et piacularis dr hostia que
Piaculum. a pio pias dr ¶ offertur pro peccato
h̄ piaculum li. culpa. peccatū. scelus. qꝛ piandum
sit. ut eua intulit piaculum. i. mortem culpaȝ pec
catum. et piaculum qd piat. scilicet sordis ablucō
peccati et culpe piacō. remediuȝ. ut maria contu
lit piaculum. i. uitam et remedium culpe. vnde et
quedam sacrificia dicuntur piacula
Pica. a poeta ul̄ poetria dr hec pica pice quasi
poetria qꝛ pice ūba in discrimine uocis exṗmant
ut homo. et si linguas in sermone explicare neq̄
ant sonum tamen humane uocis imitantur. Et
ꝓd ṗmam. sed obliqui de pix cor̄ pi. vnde ūsus.
Sūt nig̃ uasa picis rostra redolencia picis sligrior
una pice pars altera candida pice
Piceus picea piceum in pix exponitur
Picta picte. tunica siue pictura. a pingo pingis
Pictacium. a pingo gis. dr pictacium cij episto
la breuis et modica. Item pictacium dr cedula de
membrana excisa. vnde hec pictaciuncula le id ē
membranula. Iteȝ pictaciuȝ dr illa corij ꝑticula q̄
solee repeciate insuta est. et dicit̄ a pingo. q̇a sic̄
ꝑtes picture distincti in pauimento. sic appent pic
tacia in calciamento. vn̄ pictaciatus. i. repeciatus
Pictaciuncula pictaciuncule in pictacium est
Pictauis indeclinabile fe ge quod antiqui dice
bant h̄ pictauiū quedam ciuitas. vnd hic et hec
pictauiensis et h̄ se. et h̄ pictauia regio adiacens
et si inueniat̄ pictauensis gentile fit ꝑ sincopam.
Et scias qꝫ penl̄ de pictauis inuenit̄ ꝓd. vn̄ q̇d ait
Erige pictauis libera facta caput. Itē inuenit̄. cor̄
vnde alter dixit Pictauis inermis subigit sua ru
ra nec ultra michi uidet̄ qꝫ in talibus emulandus
Pictim adūbium. i. pingendo colora ¶ sit usus
Picto. a pingo gis dicit̄ ¶ tim a pingo pingis
h̄ picto tonis. et dicunt̄ pictones q̄ uident̄ uincē
Pictura. a pingo gis. dicit̄ hic pic ¶ in pictura
tor toris. et pictorius ria riū. et h̄ pictura re ymа
go exṗmens speciem alicuius rei. et dr pictura q̄si
fictura sicut pingere quasi fingere. Et est ymago
ficta non ueritas. et hinc picturatus ta tū. i. pictu
ra uariatus. et picturo ras. i. picturam facere uel
Picus quedaȝ auis. a pico sa ¶ pictura uariare
turni filio dictus qui eo in auspicijs utebatur
Pierides. pierus fuit pater nouem picaruȝ quas
nouem muse deuicerunt. vnde h̄ pieris ridis filia
ul̄ neptis pieri. et qꝛ eas scilicet pierides muse de
uicerunt. Ideo ab illis muse pierides dicte sunt. et
cor̄ ri. et pierius ria riū. i. musaticus. vn̄ vindociн̄
Pietas in pius est ¶ pierijs tedet insenuisse stilū
Pieticus. a pius dr pieticus ca cum. i. pius com
Piga. a pige qd est ¶ passiuus ſm huguccōnem.
depressum dr h̄ piga pige. i. summitas natium ul̄
natis qꝛ depressa est Inde depigis. omnis ge. Iteȝ
piga dr bursa. et ꝓpe bursa testiculoꝝ. vnd Orac
sle mimi pereant aut piga aut deniqȝ fama.
Pigargus gi. mas ge. quedam auis. Et dicitur
a pige quod est depressum. quia forte auis ꝑua
est. Et numeratur inter animalia comestibilia. deu
tronomij xiiij. Pigargon. uel pigargum.
Pige grece. dr depressum uel depressio. vn̄ pige
apud grecos dr fons. qꝛ in depssis locis solȝ esse
Pigella. a pige quod est depssio dr hec pigella
le. quoddam genus uasis scȝ artopta qꝛ depssa est
Pigeo ges pigui. pigere dicebatur antiquitus.

ꝭ iam aboluit. vnde piget impſonale. i. pudere. pe
nitere. grauare. offendere. qđ uulgo đr peſare. Et
conſtruit᷑ cuꝫ accuſatō et genitō. ut piget me tui.
et cor̄ ꝑmam. ouid de reme. Si piget in primo li

Piger. a piget đr piger gra ¶ mite fige pedem
grum. tardus. lentus. q2 ſemꝑ eum pigeat. Et đr
piger quaſi pedibus eger. eſt enim tarduſ ad ince
dendum. ꝭ h̄ nomen transfert᷑ ad animam. Et cō
patur pigrior pigerrimus. vnde pigre grius rime
adu̅bium. et h̄ pigricia cie. et h̄ pigritudo dinis. et
eſt pigritudo uł pigricia uigilantis. torpor dormi
tantis. et pigreo gres. eſſe uł fieri pigruꝫ. vnde pi
greſco cis. inchoatiuū. piger cōponit᷑ perpiger ra
rum. i. ualde piger. et impiger. i. non piger. et cor̄.
pi. vnde ouidius epi. Quid latrias daneas impig̃
hector opes. et ut đr in greciſ Eſt ꝙ piger pedibꝫ
ꝭ iners priuat᷑ in arte. et p̄t dici piger quaſi pene
eger. vel quaſi penitus eger. videtur enim ꝙ nec
poſſit manuꝫ ad os leuare. et eſt ethimologia

Pigmei h̄ pigmea mee quedam regio eſt. vnđ
picmeus mea meū pen̄ł ꝓđ. et ſunt picmei ut di
cit aug̃. ſemicubicales qui tercio anno ꝑfecte eta
tis ſunt vij ſeneſcunt. et dicunt᷑ pugnare cuꝫ grui
bus et armati deferri ab ipſiſ gruibus ſicut narrat
hug̃. Iſidorus uero dicit in xj libro eth̄. In indea
eſt gens ſtatura cubitali quos greci a cubito pig
meos uocant. hij montana indie tenent quibus
¶ eſt uicinus occeanus

Pigmentarius ria rium ¶ in pigmentū eſt.

Pigmentū. a pila le. đr hoc
pigmentuꝫ ti. q̈ſi piligmentū. i. in pila tunſum. q2
in pila pilo agunt᷑. i. tundunt᷑. et eſt pigmentum
confectō ex uino et melle et diūſis ſpeciebus ſua
uis et odorifera. Item regum quarto capitulo xx
pigmenta. i. odoramenta ꝑ gloſam. a pigmentum
đr pigmentarius ria rium. ad pigmentū ꝑtinens
et h̄ pigmentarius qui facit uł q̇ uendit pigmen
ta. et pigmentatus ta tuꝫ. pigmento mixtus vel
¶ conditus

Pignera in pignus vide

Pigneraticius in pignus eſt.

Pigneratus ta tum. reſ que ꝓ pignore ponitur
uł accipit᷑. et đr a pignero ras. amos ij et ſuꝑ ueſ
timentis pigneratis accubuerunt

Pignero pigneras in pignus vide.

Pignus noris. ꝑ o ge neu. i. filius uł amor uel
indicium et ſignū amoris. uł confederacō uł con
firmacō amoris. vnde pignoro ras ūbum actiuū
confederare confirmare amorem inter aliquoſ Itē
inuenit᷑ h̄ pignus pigneriſ ꝑ e. i. uadium qđ pro
aliqua re datur ut poſtea recolligatur. vnde qui
daꝫ. Pignora natoꝝ dicunt᷑ pignera reꝝ. Pignus
in o natū ꝭ in e patet eſſe uadatū. et hinc pigne
ro ras ꝑ e in media ſillaba. i. in pignē ponere uł
in pignere habere. Et cōponitur compignero ras
. i. ſimul pignerare uł de pignere extrahere uł in
pignere recipē. Oppignero ras. i. cont᷑ uel ꝓpter a
liquid pignerare. uł ſubarrare. uł confirmare. Re
pignero ras. iteꝝ pignerare. uł depignerare. Item
a pignero ras. pigneratus ta tū. amos ij. ſuꝑ ueſ
timentis pigneratis. vnde pigneraticius cia ciū. et
pigneraticuſ ca cum. qđ ꝓ pignore ponit᷑ uł acci
pitur ꝑ huguccōneꝫ. Pap̄ eciaꝫ dicit. pignera ſunt
reꝝ pignera filioꝝ et affectuū. ꝭ confundunt᷑. pig
nero ras. et pignoro ras. cū omnibus ſuis cōpoſi
¶ tis ſunt actiua.

Pigra quedam medicina eſt
et interpretatur amara quia eius guſtus ſit ama

Pigreo gres. ¶ rus. et producit pi naturaliter.

Pigritor. a pig̃ đr pigritor ta ¶ in piger vide.
ris. i. pigrere. et cōponitur repigritor taris. et cor̄

Piguus. a piger dicitur ¶ pi naturaliter et gri
piguus ua uum ideſt piger uel uerecundus.

Pila. a pilus đr hec pila. pilocellus cū quo ludi
tur. q2 ſit pilis plena Pila eciam đr taberna. pila
eciam đr pes pontis uł qđ ſuſtinet parietem. uł ef
figies hominis in compitis poſita Et pila inſtru
mentuꝫ concauū in quo frumentū teritur. uel ali
ud in hac ſignificacōne. đr a pindo dis Et pila di
cunt᷑ tela romanoꝝ. et ſciaſ ꝙ pila ꝓ taberna et
ꝓ inſtrumento et ꝓ telis ꝑmam ꝓđ. ſed in alijs
ſignificacōnibus eam cor̄. Quod iſtis ūſibus diſ
tinguit᷑. Eſt pila pes pontiſ pila ludus pila taber
na. Pila terit pultes in bellis pila ferunt᷑. Pila ꝓ
pilo telo cōponitur piludius dia dium. et ludipi
lus a ū. q̇ cū pila ludit ꝑ hug̃. Magiſter autē be
ne dicit ꝙ pila ꝓ ludo et ꝓ menſula rotunda. et
pilo ꝓ quadam ciuitate cor̄ ꝑmam. ꝭ h̄ piluꝫ et
h̄ pilus inſtrumentū terendi. et hec pila ꝓ taber
na et ꝓ uaſe piſcandi. et ꝓ pede pontiſ ꝓđ ꝑmaꝫ
vnde illud uicōſuꝫ eſt. Eſt pila pes pontiſ pila lu
dus pila taberna. Nam ūgił in viij eneiđ ita dic̄
Saxea pila cadit longiſquam molibus ante. Cor
rige ergo predictū uſum. et dicas. Pes pontiſ pila
pila ludus pila taberna. et h̄ credo uerius ꝙ ſcili
cet pila ꝓ pede pontiſ ꝑmam ꝓducat ut patet ꝑ
ūgiliū. Item de pila ꝓ taberna et ꝓ ludo dixit q̇
dam. Luduꝫ laudo pile plus laudo pocula pile

Pilanuſ ni. qui cum pilo. i. telo graditur arma
¶ tus. et dicitur a pilum pili

Pilaſca ce. i. uas
uinarium corio piloſo opertū. et denuat᷑ a pilus

Pilata. a pilū et lateo tes. cōponit᷑ h̄ et h̄ pila
ta te. ge cōmunis. i. fur ſiue latro. Et inde h̄ pila
culum. tale latrociniū. q2 cū pilo. i. cū telo lateat

Pilatus pilata latū. pilū habenſ uł pilo arma
tus. et đr a pilo ꝓ telo. Itē ſubſtantiue declinat᷑.
h̄ pilatus. et đr a pilo las qđ eſt in pilo tundere.
Et interp̄tatur oſ malleatoriſ quia dum xp̄m ore
ſuo iuſtificat et condempnat more malleatoris u
traqꝫ ꝑte ferit. Et cor̄ pi. vnđ in aurora đr. muta
ri titulū rogat hoſtis atqꝫ pilatus. vł ut fertur pi
latus fuit baſtardus. vnđ legitur in quadam hiſ
toria ꝙ fuit quidam rex nomine tirus qui quan
dam puellam nomine pilaꝫ filiam cuiuſdam mo
lendinarij nomine atus carnaliter cognouit. et de
ea filium genuit. pila auteꝫ ex nomine ſuo et no
mine patris ſui qui dicebat᷑ atus vnū nomen cō
poſuit et nato puero impoſuit nomen pilatus

Pilax. a pilus đr h̄ pilax cis. cattus murilegus
q2 pilis maxime abundet. uł q2 eius pilus eſt ꝓ
tonſuſ vn̄ in uita beati ſampſoniſ legit᷑ ꝙ celera
riuſ fecit fenenū et ꝓbauit ꝑ pilacē eſſe mortiferꝝ

Pilentū a pila ꝓ inſtrumento terrendi dicit᷑ h̄
pilentū ti qđdam genus curruū. q2 terat terram

Piliłudius dia diū qui cū pila ludit. et cōponi
tur a pila pro pilocella et ludo ludis

Pilleo aſ aui pilleare pilleū induere. et đr a pil
leus. Pilleo cōponitur depilleo leas. expilleo leas

Pilleolus oli di. ꝑuus pil ¶ . i. pilleum auferre
leuſ et h̄ pilleolū li dimi. ſimiliter vide in pilleus

Pilleus. a pellis đr h̄ pilleus et h̄ pilleū qđ de
pelle fiebat. et eſt genuſ ſacerdotaliū ueſtimentoꝝ
in lege que ſunt podoris abanech pilleū machil.
ephoch legiuꝫ petaluꝫ bachin ſiue feminalia. Et
eſt pilleū ex biſſio rotundum quaſi ſpera media

caput tegens sacerdotale. et in occipicio vitta con
strictuz. hr greci et nostri tiaram ul' galez uocant
ſ; modo pilleū generaliter ꝑ caplľo. ul' pilleuz dr
a pilis q2 pilos capitis tegat. vl' q2 ex pilis sit. vñ
pilleolus li. et hr pilleolū li dimi. vnd orač. vt cū
pilleolo soleas conuiua tribulis. et pilleatus ta tū
pilleum habens uel pilleo indutus

Pilo as. dr a pilus ꝑ capillo. et est pilaē pilos
auferre. et cōponiē cōpilo as. i. sil' pilare. Depilo
as. Expilo as. Pilo as actm̄ est cuz omnibus suis
cōpositis. et ſ; hanc deriuacōnez cor' hanc sillabaz
pi. Item a pila pile ꝑ instrumento concauo in q̊
frumentū teriē ul' aliud deriuatur pilo as in pila
tundere. batere. terrere. ul' pilare. i. rapere. et com
ponitur pilo cōpilo as. aliena dicta suis intermis
cere. depilo as. oppilo as. repilo as. iteruz pilare.
suppilo as. Pilo as et eius cōposita actiua sunt et
ꝑd hanc sillabam pi ſ; hug. Quidaz autē dicunt
q2 pilo deriuatur a pilum pili

Pilosus. a pilus deriuaē pilosus sa sum. Et cō
patur sior simus. vnd pilose sius sime aduerbium
et hr pilositas tatis. et hinc pilose dicunē qui grece
panite. latine incubi appellantur siue innij ab ine
undo passim cū animalibz. vnde et incubi ul' incu
bones dicuntur ab incumbendo. i. stuprando. sepe
enim improbi existunt mulieribus et eaz pagunt
concubitū. quos demones galliousios nominant.
q2 assidue hanc pagunt immundiciam. Sz quem
uulgus incubonem uocat hunc romani faimūfica
rium dicunt. Hunc alij satiz uocant. ysa xxxiiij.
Onocentaurus et pilosus. de hr vide in succuba. et

Pilumen. a pila pile. dr hr pilumen. in fauni
inis. quicquid in pila tunditur ul' pocius ꝑicitur a
rebus ul' granis in pila tunsis. et producit lu.

Pilum pili in pilus exponitur

Pilus. a pelle dr hr pilus pili quasi pellus. q2 a
pelle prodit. Item pilus dr instrumentū cum quo
tunditur et teriē in pila. ſ; pilus ꝑ instrumento
primam ꝑd alter eam cor'. vñ ūsus. Qui terit est
pilus pilus est in fronte capillus. Itē dr hr pilum
quoddam genus teli. et est romanoz. et dr a pello
lis. q̊a pelliē. i. emittitur. et torquetur. et ꝑd pri
mam. Lucanus in primo. Signa pares aquilas et
pila minancia pilis. Item hr pilum dr ꝑ rasorio.
et ꝑd eciam ꝑmam. vnde ūsus. Ad tractum pili.

Pin grece altum diciē latine. ¶ mille ruere pili

Pina grece fames dr latine. et Iñ cōponiē ꝓpina

Pinax. a pinus ni dr hr pinax nacis. pugillaris
ephimeris. tabula manualis ex pino facta. Et pi
nax dicitur tabula in qua pb̄i figuras faciunt in

Pincerna ne mas ge. dr vini ¶ supposito pulue
dispensator ul' pocius ꝓpinator q̊ porrigit ex offi
cio poculuz dño suo. et dr pincerna quasi penus
cernens. i. celarium q2 semper habet oculuz ad vi
num suo tempore propinandum

Pindo pindis in pinso pinsis vide.

Pingo gis xi ctū pingē. i. depingē picturaz face
re. vl' picturaz repñsentare. vnde hr pictor toris. et
et hr pictura re. i. ymago exꝑmens speciē alicuius
rei. Pingo cōponiē cōpingo gis. sil' pingē. Depin
go gis. i. ualde ul' deorsum pingo ul' picturam de
leo. repingo iteꝝ pingo. et est actiuū pingo cū su
is cōpositis. et scribitur sine u in ultima sillaba. et
facit p̄teritū in xi antecedente n. et supinū in ctū
pictū abiecta n. Et frequentatiua picto tas. cōpic
to tas. et ab hijs alia frequentatiua. pictito tas. ꝛc

Pinguis gue omnis. et hr pingue. i. crassus. et cō
patur pinguior simus. vnd pinguiter guius sime
aduerbiuz. et hr pinguedo dinis. et pinguo as ping
uem facere. vñ pingueo es. i. esse ul' fieri pinguez
et cōponitur impingueo es repingueo es. et hinc
pinguesco cis. impiguesco cis inchoatiua. Pinguo
cōponitur. impinguo as. repinguo as. Et est acti
uum cū omnibz suis cōpositis. Itez pinguis com
ponitur ꝑpinguis. i. ualde pinguis. et pinguefacio
pinguefacis. et pinguefio pinguefis.

Pinna. pin grece altū dr latine. vnde hr pinna ne
summitas cuiuslibz rei ſ; ꝓpe temploꝝ et muroꝝ
vnde et pinna dr qd supeminet in dorso piscis qd
aliter dr notria. Et inde hr pinnula le dimi. Itez a
pinna hr pinnaculū li. cuiuslibet domus ul' templi
fastigiū. vnde illud. et statuit eum sup pinnaculū
templi. mth iiij c. et sepe ꝑ cuiuslibet rei fastigio
poniē ſ; hug. Beda ūo dicit pinna ul' pinnaculū
est summitas templi que dr tabulatuz. Et anshel
mus dič Mos erat in palestina q2 tecta essent pla
na et a latere quedam appodiaciones ne quis la
beretur incautus. Pinnaculū uero templi erat ei
us deambulatoriuz qd erat tabulatuz planum in
summitate templi. in quo p̄dicabant sacerdotes ſ;
glosam. de quo mth x. Quod in aure auditis sup

Pinnaculū li. in pinna exponiē ¶ tecta p̄dicate

Pinnirapus. pinna cōponitur cū rapio. et diciē
hic pinnirapus. i. gladiator. q̊a rapiat pinnas. i.
summitates galeaꝝ a deuictis q̊s collo in signuz
uictorie suspensas ferebant. vl' pinnirapus quasi
pennirapus scilicet qui plumat aues ul' qui rapit
pennam de capite alterius. Qui enim se de ueloci
tate iactabant pennaz in capite suo ponebant in
signū uelocitatis. deniq3 si quis interueniret uelo
cior rapiebat pennam de capite eius. Iuuenalis
Pinnirapi cultos iuuenes. iuuenes q3 laniste

Pinnosus. a pinna dr pinnosus sa sum. i. altus
supbus. ul' laniosus. Et cōpatur. vñ pinose sius
me aduerbium. et hr pinnositas pinnositatis. alti
tudo uel superbia uel laniositas

Pinnula le dimi. pua pinna ſ; hug. vnd in leui
tico debet legi pinnula illud per qd piscis in altū
leuatur. licet quidaz legant ibi pennule. pap ūo
dicit pinnula summa ps auris ul' naris. ab acumi

Pinnū p duo n. i. acutū. ut dicit pap ¶ ne dicta

Pinso sis sui sere pistū ul' pinsum. panem facē
pastam deducere ul' terrere. et a pinso pinsuz. pin
so sas frequentatm̄. a quo pinsito sitas aliud fre
quentatm̄. Item a pinso sis. pindo dis di pinsuz. i.
pilo tundere. terere. ſ; hug. ps autem in x li dicit
q2 a pinso sui pistum debet esse. vnde pistor nom
uerbale. ut pastuz pastor. ustum ustor. Magister
autem bene dicit q2 pinso sis pinsui pistum. ē uer
bum desideratiuū huius uerbi pindo dis pinsum.
hijs uisis uideē esse dicendū q2 pinso sis sui facit
pistum. et si inueniaē pinsum pocius est antiqui
tas. Item ut patuit p magistꝝ bene. pinso sis est
desideratiuuz de pindo dis pinsum pinsu u in o fit
pinso. et sic pinso a pindo dis. nō pindo descendit
a pinso. pap eciam dicit pinso sis sui pistum. qd
est comminuo. Inde pistare

Pinsus. a pindo dis dr pinsus sa suz. i. pistricus
ul' pinsus. i. tritus. tunsus a pindor pinderis. Itē a
pinso sis hr pinsa se. i. maius instrumentū pinsan
di. vnde quidam. Neq3 pinsis sui neq3 molis mo
lui. vnde hr pinsula pinsule dimi. sicut dicit hug.

Pinus. a pin qd est altū dr h pinnus nus nui. vl pinus ni quedam arbor. vl pinus dr a pennū qd est acutū quasi ab acumine folioꝝ. pinū aliā picim. aliam greci peucem uocant quā nos piceā dicimus. qꝛ desudet picem. vnde pineus nea neū. et hoc pinetum pineti locus ubi pini crescunt

Pio as. aui are atū. a pius deriuatᷣ. et est piare mundare. purgare. Et componitur cum ex. et dr expio expias id est expurgare

Piper. a pir dr h piper piperis. et inuenitᷣ in mas ge. h piper peris. et dr a pir qd est calidū vl qꝛ ab igne denigratᷣ. est enim natura illius alba. sed dum incendūtur illa loca ubi est ut fugiant ser pentes custodientes siluam piperis ut possit col ligi fit nigꝝ. sed piperis diuersus est fructus. Nam qd immatuꝝ est pip longum uocatᷣ. Incorruptū ab igne pip album uocatur. qd uero cute rugo sa et horrida fuerit. ex calore ignis et trahit colo rem et nomen. pip si leue est uetustū est. si gue nouellū. vitanda est in hijs mercatorū fraus. so lent uetustissimo pipi humecto argenti spumam et plumbū aspergere ut ponderosius fiat. Et sunt folia eius ad similitudinem iuniperi. vnd pipera tus ta tum. pipe conditus vl confectus. et h pipe rata te quedam confectio ex pipe. et piperis rea reum. et pipinus na nū. et h pipinus substantiue quidam lapis subalbidus cum punctis nigris.

Piperinus piperini in piper vide

Piperatus piperata piperatum in piper est.

Pipio as resonare. clamare. accipitꝝ est. vl pul loꝝ columbaꝝ. vnde h pipio onis. pullus colūba rum. et hic pipiunculus unculi et hec pipiuncula piuuncule id est accipiter. et corripit cu.

Pipiunculus in pipio pipias est

Piplee dicuntᷣ muse a pipleo fonte macedonie vl monte. aut a peplo ueste. ſm papiam

Pir grece latine dicitur ignis neutri generis

Pira. a pir qd est ignis dr hec pira re. i. rogus. scilicet congeries lignoꝝ in igne. ſꝫ rogus est dū nondum est accensus. pira est ex quo ardet. bus tū postq͂ arserit. actuū xxviij. Accensa eniꝫ pira reficiebant nos omnes ꝓpter imbrem. vide eciaꝫ

Piramis. a pir qd est ignis. dr pira. Un rogus ma atis. et h piramis dis. quedam alta structura que fiebat antiquitus sup̄ sepulcꝝ mortuoꝝ. et ta lis edificacio surgit ut a latitudine incipiat et in angustū finiatur sicut ignis. Nam apud maiores potentes aut sub montibus aut in montibꝫ sepeli ebantur. Inde tractum est ut iam supra cadauera aut piramides fierent. aut ingentes columpne col locarentᷣ. Item et piramis dr quedam figura que in modum ignis ab amplo in acutū consurgit sic . ſm hug. Quidā dicunt q͂ piramis cōponitᷣ a pir et idos quod est forma. vnde piramis quasi habens formam ignis. et cor pnl tam nū q͂ gū vnd in doctrinali dr pirula pirata sit piramis hijs sociata. machab li pmo c xiij. et statuit septē pira

Pirata a pir et ra. Unides vnaꝫ contra vnam tis p cōposicōnem dicitᷣ h pirata te. pnl ꝓd id ē marinus latro. vispilio. qꝛ semp ferat igneꝫ in ra te. vnd piraticus ca cū. ſ hug. pap uo dicit pirate sunt predones marini ab incendio nauiū vl insu

Piratica. a pira. Clarum quas capiebant dicti. ta dr h piratica piratice. latrocinium in mari.

Pireneus. a pir deriuatᷣ h pireneus nei. et h pi rene nes mons hispanie altissimus sic dictus. vel qꝛ igneus est. vl qꝛ igni. i. superiori elemento est propinquus. Et producit penultimam.

Piretrum tri. a pir dicitᷣ h piretrum tri. vl pire tron quedam herba. qꝛ habꝫ radicem incendiosaꝫ

Pirgus. a pir dr h pirgus gi. lignum. vl tabula in alia super qd ponuntᷣ illa rotunda instrumen ta. ſꝫ p sinodochen qnꝫ ponitur ꝓ ipa alea. vt cuꝫ dicit iste amisit omnia in pirgo. et dr a pir qꝛ il lud lignum est acutū insummitate ad modum ig nis. vl pirgus dr q̄i pergus. qꝛ p eū taxilli pgant vl pirgus grece turris dr. a pir qd est ignis quia ad modum ignis conscendit. et hic pirgus dicitᷣ quia speciem turris habeat

Piritis. a pir dr h piritis quidam lapis aeris q̄ litatem similans. sic dictus qꝛ plīm ignis insit ei Est alius piritus uulgaris quem uiuū lapideꝫ di cunt vl petrā focareꝫ. qꝛ ferro vl lapide percussus

Piromancia cie. a pir et man. Cscintillas emittit cia qd est diuinacō. cōponitᷣ h piromancia cie. i. diuinacō que fit in igne. ut in astris. vl in scintil lacionibus ignis. vnde piromancius cia cium. Et piromanticus piromantica manticū. et acuit ti

Piropus. pir cōponitᷣ cū ops qd est uisio. et dr h piropus quedam species metallica ex tribus de narijs auri et sex eris. vel quidaꝫ lapis flammati cus sic dictus q̄a uisionem et colorem habeat ig nis. vnde ouid. flammas imitanti piropo

Pirrhicius cij. quidam pes constans ex duabus breuibus ut legit. sic dictus a pirrho filio achillis qꝛ ad funus patris armatus eo metro salutauit. vnde et pirrhicia apud grecos salutatio dicitur

Pirrhus. a pir dicitᷣ h pirrhus ri. filius achillis qꝛ igneos et rufos habuit capillos. Iteꝫ pirrhus rex pirrhotaꝝ. et sic est nomen ononimū. Et po nitur aspiratio post r ſm ps in pmo libro maio.

Pirula pirule in pirus vide

Pirus. a pir deriuatur h pirus piri quedam ar bor. q̄a eius fructus ab amplo incipitur et in an gustum finit sicut pirus. vnde h pirum ri fructus eius. et h piretum ti locus ubi piri crescunt. et hec pirula le extremitas a forma illius piri. et cor pi ſ hug. pap ec dic pirula le ec dr extremitas nasi a formula piri. et corripit pi

Pis grece latine dicitur aurum

Pisa. a pis grece qd latine dr auꝝ dr h pisa se qddā genus leguminis. qꝛ ea pensabatur aliquid auri minutim. et peccant illi qui dicunt q͂ pisa ē plural numeri et neutri ge scꝫ h pisa hoꝝ pisoꝝ. peccauit ergo q̄ dixit h pisa sunt bona. sunt q̄qꝫ pinguia. sunt sine lardo. et a pis vl pisa. dicta est Pisa. quedam ciuitas grece ab abundancia auri vl illius leguminis. vnde piseus sea seum. et plu raliter hee pise aꝝ. quedam ciuitas tuscie. q̄a illi qui hanc ciuitatem edificauerunt. ab illa pisa ci uitate grecie uenerunt. vl pise quasi pense a pen sando. i. deliberando. Cuꝫ enim ꝓpolleat sapiencia cū pensacōne et consilio agit. vel pise dicuntur a pis qd est auꝝ q̄i auree. et a pisa. pisanus a vm

Piscarius. a piscis. vide in piscis

Piscatilis in piscor piscaris vide

Piscens. a piscis deriuatᷣ piscens. i. piscans. vel piscator. et est ge omnis et indeclinabile. Iuuenal Tunc piscens accipe dixit

Pisciculus pisciculi diminutiuūꝫ puus piscis

Piscina dr a pisce p contrariū. q̄a nō habꝫ pis ces. et dr piscina pnl ꝓd aqua collecta non hn̄s

Piscis. a pasco cis d' ¶ pisces. vide in probatica
nuatur h piscis huius piscis. q2 sit pastus homi
num. vnde piscosus sa sum. piscibus plenus abun
dans. qd' etiam piscolentus ta tu dr qi plenus piscibz
Et cōparatur. vnde piscolente cius sime adubiū. et
h piscolencia cie. plenitudo et abundancia piscium
Item a piscis h piscarius rij. i. piscator. s3 piscator
ꝓprie qui capit. piscarius qui uendit. Inuenitur h pix
is ꝑ x. s3 aliud signat. et est fe ge. vn ūsus. Hic e
ditur piscis h ꝑuat aromata pixis. vide in tercia
pte in c de genere epiceno. Itez in asinus et in ca

Pisciuorus ra rum. i. piscium uorator ¶ melus
pnl' corepta. Et cōponitur a piscis et uoro uoras

Piscolencia in piscis vide

Piscolentus colentata colentum in piscis est

Piscor. a piscis deriuatur piscor caris piscatus su
piscari uerbum deponens. vnd' uado piscari. i. ad
pisces capiendos. et inde piscatorius. ria riū. et hic
et h piscabilis et h le. et h et h piscatilis et h le.
pnl' cor. et componitur expiscor caris. ex toto a
piscibus euacuare. vel acquirere

Piscus ca cum. i. antiquus. et dr a pridem

Pisancia est quedam figura. de qua dixi in iiij
pte in tractatu de coloribus rethoricis.

Pissaigra. pisa qd' grece dr pix. cōponitur cuz pi
gra. et dr h pissaigra gre. i. pix liquida

Pissaxera. pissa qd' est pix cōponitur cuz xeros
qd' e durū ul' siccū. et dr h pissaxera re. i. pix q du
¶ ra est et sicca.

Pistacia cie qdam arbor a pis
tis ul' pisticus. q2 cortex pomi eius nardipistici o
¶ dorem referat.

Pisticus ca cuz. i. fidelis. et dr
a piscis grece qd' latine dr fides. vnde nardū pisti
cum. i. fidele purum non adulteratuz cōmixtione
aliarum rerum. Et corripit sti

Pistillum. a pindo dis. vl' pinso sis. dr h pistil
lum li et h pistellū li qd' et mas ge inuenitur h
pistellus ul' pistillus cum q piper teritur ul' aliud in
¶ mortario

Pisti grece latine dicitur fides

Pistor a pinso sis sui pistū ꝑ ps h pistor toris
qui panem facit et ꝓd' penl' genitiui. s3 h pistoris ꝓ
quadam ciuitate cor pnl'. vnde ūsus. Pistoris est
rectus pistoris sit genitiuus.

Pistoriensis in pistoris uide

Pistoris. a pistis qd' est fides. dicitur hec pistoris
huius pistoris. quedam ciuitas que a quibusdaz
modo dr pistoria. ab alijs pistorium. sed h fit ex
consuetudine uulgaris ꝑmonis. ꝓprie eniz dr pisto
ris ut pnl' corripiatur et ntūs sit ꝑ genitō in silbis
et h ponit ps apte in tractatu denominatiuorum. Si
uero ibi inueniatur pistor ꝓ ntō predicti nominis
dicendum est litteram ibi esse corruptam. et dicitur
sic a fidelitate quam solebat habere. vnde h et h
pistoriensis. et h se. Quidam tamen dicunt ꝙ pis
toris sit dicta ab abundancia pistorum. et ut dixi
in pistor pistoris pro ciuitate corripit penultimā
sed genitiuus de pistor producit eam

Pistorium pistorij in pistoris vide

Pistricus. a pistrio tris dr pistricus ca cum. i.
mixtus ex diuisis sicut electuarium

Pistrilla pistrille in pistrinum vide

Pistrinū. a pistrio tris. dr h pistrinuz ni. locus
ubi pistritur. i. molendinuz ul' furnus. vn h pis
trilla le. ꝓ eod'. ul' pistrinū dr qi pilistrinū a pilo
q2 pilo antea tundebatur. et findebatur granū. vnde
et apud ueteres non molitores dicebantur. s3 pisto
res quasi pinsores. a pinsendis granis frumenti. i.
terendis. Molarum enim usus nondum erat. s3 gra
num ibi pilo findebant. Et hinc tractum est ut di
catur pistrinū pena ꝑuilis. q2 ꝑui in pistrinuz mit
tebantur ligati. et ibi ad modū iumentorum molaz
trahebant. et ꝑ h uidetur pistrinū magis ꝓprie dici
molendinū ꝙ furnus. usus tamen habz ut pistri
num ul' pistrilla dicatur. furnus pocius a pinsendo ꝙ
a pilo. et ꝓd' pnl' pistrinū. Ihero. in ꝓlogo dani
elis. Cum me in lingue huius pistrinū reclusissez

Pistrio. a pistrix tricis. dr pistrio tris triui trire.
panem facere pastam deducere. vnde pistricus ca
cū. et h pistrio onis. qui pistrit

Pistrix. a pinso is deriuatur h pistrix tricis. fe
mina que pinsit. et h pistrix strcis. qddam mon
strum marinum scilicet balena ut dicunt. sed pistris
huius pistris ꝑ s. nomen fuit cuiusdam nauis e
nee. uel pistrix ꝑ formacōnem pt descendē a pis
tor. or in rix. et penultimam genitiui producit

Pitiasis urine feruor. vel pitiases sunt furfures
¶ in urina.

Pitisma matis. neu ge. est genus lu
di qui mirabili arte uoluitur et giratur. Iuuenal'
Qui late demonio pismate lubricat orbem

Pituita te. i. humectacō siue illa infirmitas que
ex abundancia flecmatis accidit. et facit capita gal
linarum distorqueri. vnd' et ponitur ꝓ uana gloria.
que meritum consciencie distorquet cū quis ad fa
uorem popularem et ad oculos facit. Sed queritur
an prima cor. et uidetur ꝙ sic. q2 orac' ita dicit. Pre
cipue sanus nisi cū pituita molesta est. sed dico ꝙ
pma non cor ymmo ꝓd'. q2 quartus pes est spon
deus. et quintus ꝓceleumaticus. Quod eniz pmaz
ꝓd' ondit ꝑsius ita dns. Sompnia pituita q pur
gatissima mutant. et cor penultimam vt patuit.

Pius pia piū. religiosus. misericors. benignus.
ꝓpicius. et cōpatur ꝑ supplecionem pius magis
pius pijssimus. vnde pie magis pie pijssime. et h
pietas tatis. scilicet uirtus ꝑ quam patrie. et beni
uolis. et coniunctis sanguine officiuz. et diligens
attribuitur cultus. vl' qua sanguine coniuncti be
niuoli efficiuntur. pius cōponitur impius ꝑ hug

Phic nota ꝙ pietas dr aliqn donū spiritus sanc
ti. et tunc in h differt. a mīa q2 mīa studet ad re
leuandas miserias ꝓximorum ex h ꝙ sunt coniunc
ti ul' consanguinei. ul' familiaritate uel saltem na
ture similitudine in omnibus aliqd humanum ꝓ
mensura accipiens. sicut alie ūtutes. S3 pietas do
nū. mouetur ad releuandas eorum miꝑias ex aliquo
diuino. scilicet inqztuz sunt filij dei. ul' diuina simi
litudine insigniti. vnde et magis ꝓprie nomen pie
tatis habet que diuinū qd sonat. ꝙuis et ipa mi
sericordia ꝑ aug x de ciuitate dei. more uulgi pie
tas dicatur. Quod ideo accidit. q2 ea sibi deus qsi
sacrificō placari testatur. vn et phs dicit in iiij eth
ꝙ dona habent aliquid simile deo sacratis.

Pitisso pitissas. in potisso potissas est.

Pix. a pinus ni. dr h pix cis. qsi ex pino fit. hec
a grecis dr cloma quam nos zamellam dicē pos
sumus. et inde piceus cea ceū. de pice existens. ul'
ad picem ptinens. ul' niger. ul' obscurus. et h pice
a cee. quedam arbor de cuius succo pix efficitur. et
piceo as. pice aliquid linire. vl' obscurare. Et no
tanduz ꝙ pix alio nomine grece dr h pissa se. vn
ꝑm quosdam dicitur apud nos pix. Et scias ꝙ pix
picis cor I ante C. s3 pica ꝓ aue ꝓd' pi. vnde qui
daz. Sunt nigra uasa picis rustra redolencia picis

Pixis. a pixos qd' dr buxus dr. h pixis pixidis

bussula scȝ uas ubi medici reponunt suas confec
cōnes. et mulieres similiter suas lauaturas. et sic
nos corrupte dicimus buxū. Similiter seruantes e
andem corrupcōnem quidā a buxus dicūt hͤ bux
is idis. ꝓ pixis idis. Et facit accūs sinġ pixidem
uł pixida. et accusatiuus plurał has pixides uel
pixidas. Vn̄ ouid̉ de remed̉. Pixidas inuenies et
Pixos grece latine dici ¶ rerum mille colores
tur buxus. Et acuitur in fine.
Placenta. a placeo es d̉r hͤ placenta te. i. libū
Placencia. q̄ꝛ placeat. vnde placentarius. et hec
placentaria rie qui uł que facit placentas. quod
eciā hͤ placentinus et hͤ placentina ne. Item a pla
centa hͤ placentia tie quedam ciuitas in lumbar
dia. q̄ꝛ ibi optime fiant placente. et in̄ placentin9
Placentinus de placen ¶ na nū nomen patriū.
tia. Item qui facit placentas. de hͤ uid̉ in placenta
Placeo. a placo cas d̉r placeo ces cui. esse uł fi
eri placidū uł placitū. Aliter enim non placet. et
a placeo ces d̄n̄dit placet impsonale. et placitus
ta tū quod placet uł placuit. Placeo componitur
complaceo ces. vn̄ complacet impsonale. Perpla
ceo ces. vnde ꝑplacet impsonale. Placeo cū omni
bus suis compositis est neutꝝ. et facit ꝑteritū in
cui et supinū in citū. Est eniȝ regula. Omnia ūba
neutꝰ secunde cōiugacōnis facientia ꝑteritū in ui
carent supinis ꝑ usum. ꝑter ista. careo. ualeo. dole
o. noceo. placeo. taceo. pateo lateo. mereo. oleo et
liceo. Ista tamen duo nō uidenꝰ esse ponenda in
excepcōne. q̄ꝛ ab istis et multis alijs talibus neu
tris inueniunꝰ supina q̄n̄q̄ȝ. ſȝ non sunt in freq̄n̄ti
usu. Item placeo ces cū suis compositis coꝛ̇ pla
Vnde ouid̉ de arte. Pessima sit nulli non sua for
Placidus. a placor caris d̉r placi ¶ ma placet
dus da dū. i. mitis mansuetus. quasi placori dedi
tus. Et compatur placidior simus. vnde placide
dius me adiibiū. et hͤ placiditas tatis ꝑ huġ. Pa
ꝑ uero dicit. Placidus qui omnibus placet. ꝓpici
Placitū a pla ¶ us serenus quietus tranquillus
ceo ces d̉r hͤ placitū ti ꝑ antifrasim. q̄ꝛ displiceat
vnde placito as uł placitor aris. et hinc placita
tor uł placitatorius a ū. et hͤ placitatoriū locus
Placo cas caui catū. i. humili ¶ ubi fit placitū
are. mitigare. exorare. pacificare. vnde placatus ta
tū. et compatur tior issimus. et componiꝰ impla
catus ta tū. et hͤ et hͤ placabilis et hͤ le. vnd̉ pla
cabiliter. et hͤ placabilitas. Et componitur impla
cabilis bile. implacabiliter. implacabilitas. Placo
componiꝰ complaco cas. Replaco cas. Et ē actiū
cū omnibus suis compositis. Et prod̉ hanc silla
bā pla. ſȝ placeo ces eam coꝛ̇. vnde quidā. Scorto
nemo placet nisi dextrā munē placet. Item ouid̉
de arte. Placatur donis iupiter ipse datis.
Placor. a placo cas d̉r hͤ placor oris. i. tranq̄lli
tas mitigatio. et prod̉ pla. Ecc̄ iiij c. Complectiꝰ
Plaga ge. i. uuln9 ¶ placorem eius. et prod̉ co
tuber. quasi flagra. q̄ꝛ cū quodā strepitu et flatu
et flagris plage copis infiguntꝰ. vn̄ plaga d̉r q̄n̄ȝ
tractus uł ꝑs celi. eadem et clima. et simpliciter ꝓ
patria uł uico aliquo accipitur. et plaga. i. rethe
uł potius funis rethis. ꝓpe quidem plage sunt fu
nes illi quibus retia tenduntꝰ circa ymā et sūmā
ꝑtem. ſȝ ponuntur q̄n̄q̄ȝ ꝓ ipsis retibus. Et nota
q̄ plaga ꝓ uulnē prod̉ primā. In alijs uero signi
ficacōnibus eam coꝛ̇. Vnde uersus. Vulnera sunt
plage. regio plaga. fit plaga rete. Itē a plaga pla

go plagas. uide in plagiarius. Hic nota q̄ plage
que pharaoni inflicte fuerūt sunt decem. ut patet
in hijs ūsibus. Sanguis rana culex musce pecus
ulcera grando. Brucus caligo mors obtinuere ne
Plagarius. uide in plagiarius. ¶ cando.
Plagella plagelle diminutiuum parua plaga.
Plagiarius rij. et hͤ plagiator oris. in eodeȝ sen
su. scȝ uenditor hominū. uł seductor hominū uł
deceptor. scȝ qui seducit et sollicitat pueros et ser
uos alienos. Aplūs in ꝑma ad thymo c j. Plagi
arijs mendacibus ꝑiuris. uł plagiarius d̉r eciam
qui mancipium aut pecus alienū seducendo dis
trahit. et dicitur plagiarius uł plagator a plagio
. i. obliquo. qui non recta uia gradiꝰ. ſȝ pellicien
do dolis et polliciendo. Vnde alexander. Qui pue
ros uendis plagiarius ē tibi nomen. Item plagia
rius uł plagarius d̉r retiarius uł plagas faciens
et inferens uł curans. ut ē medicus. q̄i plagam a
gens. ſȝ plagarius magis ē in usu in ista significa
cōne. Vnde pap̄. Plagarius plagas curans. plagi
arius qui seducit pueros. et sollicitat seruos alie
nos. Item a plaga d̉r plago as uł plagio as. i. ū
berare. uulnerare. plagis affligere.
Plagilla. a plaga d̉r hͤ plagilla le. et hͤ plagella
le ambo dimi. i. ꝑua plaga. et plagiosus sa sum.
uł plagosus osa osum. id est plagis plenus.
Plagiosus in plagilla uide.
Plagioxipus. plaga componiꝰ cū oxi et diciꝰ
plagioxipus. i. acutam plagam inferens. hͤ nomi
ne d̄n̄r hominū uenditores q̄ꝛ acuta inferūt uul
nera. Cicero. Videte iudices q̄ueadmodū flagioxi
Plagius gia giū. i. pla ¶ pus iste me tractauit
gas faciens. uł curans uł obliquus. q̄ꝛ plage faci
Plagosus in plagilla est ¶ ut hoiēm obliquari
Planta. a planos uł platos hͤ planta te. q̄ꝛ pla
na sit et lata. i. tabula uł asser. vnde plantula le.
et hͤ plantella le. diminutiua. et hͤ plantus plāta
plantum. qui pedes habet planos instar plante
Plantella le diminutiuum parua planta.
Plantula le diminutiuum parua planta.
Planeta. a planos d̉r hͤ planeta te. et hͤ planū
ta te. Planeta. i. errans. planūta. i. errorem incuti
ens. Dicūtur ergo quedā stelle planete. i. errātes
q̄ꝛ singulis diebus mouent ortū et occasum suuȝ
Hec d̄n̄r et planūte. i. errorem incutientes. q̄ꝛ sin
gulis diebus ortū et occasuȝ suū sic uariando ho
minibus incutiunt errorem. et faciunt eos errare
Vnde ꝑ orac̄. non debent planete dici. i. errantes
ſȝ planūte. i. errorem incutientes. Planete enī non
errant. ymo eundem motū et eandem mouendi le
gem nūc habent quā ab inicio sue condicōnis ha
buerūt. ſȝ errare uidenꝰ mortalibus cū ita uariāt
ortus et occasus ꝑ diūsa loca. vnde potius debēt
dici planūte. i. errare facientes. q̄ planete. i. erran
tes. non eniȝ ipsi errant. sed nos circa eoꝝ motus
errare faciūt. Item planeta d̉r febris erratica. Et
planeta quedam uestis laxa circa oras. q̄ꝛ erranti
bus oris euagatur. et a planeta planeticus ca cū
et hͤ et hͤ planetaris et hͤ re. Et nota q̄ planeta
ē mas ge pro stella. In alijs significacōnibus fe.
ge. Et prod̉ ꝑnł. Et ꝑm pap̄. Planetes grece mas
ge. Vnde apud nos quoq̄ȝ planeta mas ge ē. Et
sunt septem planete. sciliȝ saturnus. iupiter. mars
sol. uenus. mercurius. luna. Iteȝ planeta grece la
tine d̉r casula. q̄ꝛ totū tegit et significat caritateȝ
A predictis septem planetis denominantur septē

dies septimane. ut dicam plenius in sabbatū. An
jupiter sit deus vid' sup' in jupiter et d' eius effcū

Plango gis planxi planctū. est cū lacrimis pec
tus aut faciem tundere. vnde h' planctus tus tui
.i. tunsio pectoris aut faciei cū lacrimaꝝ effusione

Planipes pedis ge omnis .i. planos habens pe
des. ul' funerabulus ul' recitator cuiusdam fabule
que planipedia dicebat'. Et dicebat' planipedia.
die. tale genus fabulaꝝ. q2 planis .i. nudis pedibꝫ
recitabat'. Et corripit penultimam planipes

Planitudo in planus est

Planos grece latine d' error ul' uagacio

Planta. a planus a ū d' h' planta te scilꝫ plani
cies pedū. q2 plante non sunt rotunde ut in qdru
pedibus. Non enim homo cū sit bipes posset sta
re. Et sunt plante anteriores ptes que ex multis
ossibus constant. Calx pma ps plante sic dictus
a callo quo terrā calcamus. hinc et calcaneus. Itē
planta d' olus qd' plantat'. et ramus arboꝝ qui
inserit' vn̄ h' plantula e di et h' et h' plantaris et h'
re. ad plantam ptinens. Et h' plantare ris. planta
arboris ppe. Differunt tn̄. q2 plante sunt rapte de
summitate arboꝝ. s3 plantaria que cū radicibus
et terra auelluntur et alibi plantantur. et h' planta
torium plantatorij idem qd' plantare

Plantago. a planta p ramo arboꝝ q' inserit'
d' h' plantago ginis. quedam herba. qa planta ei
us adhereat terre et producit ta

Plantaris plantare in planta exponitur

Planto tas taui. dicit' a planta. et est plantare
plantas ul' plantaria ponere. plantis inserē. imple
re. et planto tas. p plantā decipere. et cōponit' de
planto as. cōplanto as .i. ualde plantare. ul' plan
tas auferre. replanto as. supplanto id est decipere
Et ppe p plantam qd' fit cū latenter plantam ex
transūso iacimus inter plantas alterius. vn̄ esau
dixit de iacob. En supplantauit me altera vice

Plantula plantule dimi pua planta

Planunta in planeta est

Planus. a platos d' planus na nū. et cōpatur
nior simus. unde plane nius me adiūbiꝫ. Et hec
planitas. et h' planicies ciei. et h' planitudo. Et d'
planus. tritus. clarus. equalis. manifestus. aptus

Plasma atis. in plasmo plas ¶ Et pducit pla.

Plasmo. a plasmos grece qd' latine ¶ mas vide.
dicit' formare. d' plasmo as aui are .i. formare. et
hinc plasmator. et h' plasmatura re. et h' plasma
atis. cor' penl' genitī .i. factura. formatura. scilicet
qd' est formatū. vel forma. Et qn̄qꝫ ponit' p q̊
dam electuario qd' format uocem. Plasmo cōpo
nitur cōplasmo as replasmo as Et est actiuum cū

Plastes. a plasmo as. d' hec ¶ suis compositis
plastes tis .i. forma ul' formacō ul' figulus. ys' xlv
ipse deus formans terram et faciens eam ipse plas
tes eius. et potest eciam dici h' plastes huius plas
te. et inde plasticen scilicet parietū ex gipso ul' a
lio effigies. ysaie xliiij. Plaste ydoli omnes nichil
sunt. et declinat' ibi huius plastes huius plaste

Plastographus. plastes componit' cū graphus
qd' est scriptor. et d' hic plastographus .i. falsus
scriptor. vnde h' plastographia .i. falsa scriptura.
et plastogphus pha ū. falsum scriptū. et cor' gra

Platanus. a platos d' platanus ni quedam ar
bor a latitudine folioꝝ sic dicta. uel q' ipa arbor
patula sit et ampla. Nam platos grece latum uo
cant expressit autē scriptura huius arboris nomen
et formam. dicens in ecclesiastico quasi platanus
exaltata sum in plateis. Et cor' penl'. vnde ouid'.
Et platanus hyemalis atque coloribus impar

Platea. a platos d' h' platea tee .i. lata et spaci
osa uia. vnde h' et h' platealis et h' le. et ac' penl'.

